

Estado de Guim.

SI 22/2

1

Seg. 29. N. 10.

77
Añal: 4 de Mayo de 1613.

Concesion

y Licenzia de Territorio,
dada por el Reyey de
Cataluña en virtud de ord.ⁿ

de S. M. al Conde
de Guimera, Virconde de Ebol, para causas
civiles, y Criminales, y para Cabrebar: a
4 de Mayo de 1613.



GOBIERNO
DE ARAGON

Territorio del Virrey
de Cataluña,

1613.

5122/2

Guimera Leg. 29. N. 10

[Two large, stylized cursive initials, possibly 'J' and 'S']



GOBIERNO
DE ARAGON

NOS PHILIPPUS dei gratia rex Castellae, Aragonum, Sicilie, Comes Barcinone, &c.

NOS FRANCISCUS Hurtado de Narca marchio de Almagar, comes Montisacuti, S. C. R. maiestatis consiliarius, locumque, & capitaneus generalis in principatu Cataloniae, & comitatibus Rossilonis, & Ceritanie, humili supplicatione coram nobis oblata pro parte egregii, & dilecti regis Gasparis de Castro & de Linos comitis de Guimera, vicecomitis de Ebro, intelleximus ipsum tenere, & exercere tam in villa, & termino de Guimera vicaria Tarrage: & in aliis villis, & locis dictorum principatus, & comitatus iurisdictio omnimodam civilem, & criminalem aliam, & baxiam, moram, & mixtum imperium, & aliam quamcumque, & in eisdem dicto comiti competere diversis censibus molendinorum, agraria, iouas, decimas, & nonnulla alia iura dominicalia, ad que soluenda, & prestanda tenentur, & obligati existunt nonnulli emphiteotice homines proprii, agricolae, & alie persone etiam de genere militari, qui eos, eas, & ea fraudare satagunt, & soluere recusant, vel ita ipsa iura debita, & que a cetero debebantur, petere, exigere, & habere, & pro utilitate dictorum iurium, & ne occultari valeant, capi breuiari, seu capi breuiari, & recognosci facere, & cum dicta loca inter se distent, & in aliquo dictorum locorum nulli habuerint iurisdictionem, per quos dictam possit exercere iurisdictionem, nec sint carceres securi, nisi tantum in presentia civitate Barcinone, & in villis Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti, ubi copia iurisdictionum reperitur, & saepe compellitur dictus comes, seu eius procuratores, & alii delinquentes, & reos, & eosdem captos portare a dicta villa de Guimera ad dictam civitatem Barcinone, & villas Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti, & ibidem libere, & bene administrari: & cum inter dicta loca sint aliqui termini regie, & regie iurisdictioni subiecti, & non possint delinquentes, ac rei capti in aliquo dictorum locorum portari, nec poni in dicta villa de Guimera, vel in aliis villis sibi bene visis, cum transitum faciant per loca regie, & si petere haberent licentiam a quolibet ipsorum baiulorum pro transitu dictorum delinquentium captorum, impediretur aliquoties iustitia administratio, fierentque expense, que cederent oneri dicti comitis, & suorum officialium. Et cum regie maiestatis sit officium proprium, ut per illos, ad quos perinet, iustitia fieri possit, administraretur, & exequatur, fuit propterea nobis humiliter supplicatum, quatenus dignaremur concedere territorium ipsi comiti, & eius officialibus, quatenus, & quando opportuerit aliquam exercere iurisdictionem tam civilem quam criminalem, possint tales delinquentes vasallos suos, tam in dictis civitate Barcinone, & villis Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti: & in qualibet civitate, villa, loco, & termino regie iurisdictioni subiecto in toto Catalonia principatu, & comitatibus Rossilonis, & Ceritanie capere, seu capi facere, & captos ducere usque ad dictam civitatem Barcinone, & villas Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti, ubi sunt carceres securi, prout hec, & alia in dicta supplicatione, latius continentur. Nos vero dictum egregium comitem favore prosequi gratioso desiderantes, ne delicta remaneant impunita, tenore presentis durante regia, & nostra, vel futurorum locumque mora, & libera voluntate dicto comiti licentiam, & territorium concedimus, quatenus, & quando, & quoties casus euerit ipsum, aut eius legitimos procuratores exercere iurisdictionem tam civilem quam criminalem in eos, in quos soliti sunt exercere, possint quos culpabiles inuenerint libere capere, seu capi facere in dictis civitate Barcinone, & villis Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti, & captos ducere, & mancipare regie carceribus dictarum civitatum, villarum, & locorum, & ibidem de eorum culpis cognoscere: & quoscumque processus, siue causas tam civiles quam criminales actitare in domibus cuiuscumque, aut quoruncumque iudicis, vel iudicum, notarii, vel notariorum per ipsam comitem, seu illius procuratorem, aut procuratores, eligendi, aut eligendorum, & contra dictos delinquentes procedere usque ad sententiam diffinitivam exclusivae, & eosdem delinquentes, si oportuerit portare per loca, & terminos regios, & regie iurisdictioni subiectos a dictis civitate Barcinone, & villis Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti usque ad loca iurisdictionis ipsius comitis absque licentia alicuius regie officialis, & ibi dictis delinquentibus penas a iure impostas infligere. Item damus, & concedimus dicto comiti domos cuiuscumque, aut quoruncumque iudicis, vel iudicum in dicta civitate Barcinone, & villis Tarrage, Ceruarie, & Montisacuti, vel in alia qualibet civitate, villa, aut loco dictorum principatus, & comitatus regie iurisdictioni subiectis in territorium, & pro territorio pro memorata capi breuiatione facienda, & ibidem processus, & causas civiles iuxta usaticas Barcinone, & constitutiones Cataloniae generalis, & alia iura regie capituli, & alia iura dictarum civitatum, villarum, & locorum, & ibi ibidem mandamus, & statuimus, quatenus, & quando, & quoties vices generalis gubernatoris in dictis principatu, & comitatibus, vicariis, baiulis, subbaiulis, ceterisque uniuersis, & personis officialibus, & subditis regis, ad quos spectet ad penam florenorum auri Aragonum mille a bonis cuiuscumque secus agentis irremissibiliter exigendorum, regisque inferiorum erariis, quatenus in continenti, cum pro parte dicti comitis de Guimera fuerint requisiti, vel quilibet illorum fuerit requisitus faciant voce preconiis, aut alio publice nunciari, ut quilibet persone cuiuscumque status, gradus, aut conditionis fuerint, que census, morabatinas, decimas, & tascas, & agraria, partes expletorum, & alios proventus faciant, & prestent, aut facere, & prestare teneantur dicto comiti, illa intra certum tempus eius legitimum procuratorem eligendi omnia, & singula instrumenta, que habeant, & teneant facientia pro predictis, ut per ipsum notarium teneri, & obseruari faciant, & non contrafaciant, vel veniant, aut aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua, siue causa, si gratiam regiam caram habent, & preter ire, & indignationis regie incursum, penam preappositam cupiunt euadere. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus regio communi sigillo a tergo munitis. Dat. Barcinone die quarta mensis Maii anno a nat. dne millesimo sexcentesimo decimotercio.

Marg' de Almagar

de Calba de Vall...
Don Chu...
de...
...

*J. de...
...*

V. Ex da licencia de territorio para causas civiles y criminales, y para cabreuar al egregio conde de Guimera, viceconde de Ebro...
GOBIERNO DE ARAGON